


Clemens Quintus.



In opus Clementinarum Carmen tumultuarium.

Optima Clementis Quinti decreta volutans
 Sedulus impressor plurima iunxit eis:
 Divisit glossas, Summaria multiplicavit,
 Et ceteros longos addidit, atque breves:
 Materies tabula glossematis extat aperta,
 Quae facili praebet quaeque petita via:
 Iure professores perdocti Petrus, et Abbas,
 Libro doctrinas huic tribuere bonas:
 Expulit ambages, Exiit de paradiso.
 Francisci docti pileus ipse ruber.

Exuet ante suos iuris studiosus amictus,
 Et tam preclarum non sibi querat opus.
 En age rumpe moras, primaeque flore iuventus:
 Vertice cum cano turba senilis ades.
 Ne fugite ob pretium, diues pauperque venite,
 Hoc opus excellens venditur ere breui.
 Flozibus iste liber, pomis quoque plenus odoris,
 Multis caeleste (credito) manna dabit.
 Nunc mittet varias Hugo porranus in oras
 Ut tanto possit munere quisque frui.

